

CUIUS SUPRA DE CAUSIS ET GRAVATIONIBUS SACERDOTUM.

[H. 11] Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas constitutis regiones¹ Alexander episcopus.

Nulli, fratres, dubium est, quia boni a malis semper persequuntur² et tribulantur. Propter
 5 quod oportet³ ⁴ ⁵ nos humiliari sub potenti manu dei, ut liberet nos in tempore tribulationis.
 Nam, sicut leo rugiens circuit quaerens, quem devoret, sic diabolus non cessat circuire et
 quaerere, quos ex fidelibus perdat, et maxime illos, quos ardentiores⁶ in servitio salvatoris
 eique familiares invenerit. [H. 12] Familiares dico eos, quos sibi sacrari et in ordine
 apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant et peccata populi comedunt⁷,
 10 quia suis precibus et oblationibus ea delent atque⁸ consumunt⁹. Qui¹⁰ quanto digniores
 fuerint, tanto facilius¹¹ pro necessitatibus, quibus¹² clamant, exaudiuntur. Multum enim, ut
 ait beatus apostolus¹³ Iacobus, valet deprecatio iusti assidua. Qui enim vos persequitur,
 ipsum, cuius vice legatione fungimini, persequitur, quia, sicut ipse filius dei mediator fuit
 dei et hominum, ita et vos eius vice in ecclesia estis constituti, ut inter deum et homines

Quellen:

4-8: *Propter - invenerit*, I Petr. V. 6. 8.

9: *et - comedunt*, Os. IV. 8.

11f: *Multum - assidua*, Iac. V. 16.

Rezeption:

4-10: Nulli – dubium: Gratian C. III, q. 1, c. 5 (s. auch 24-28; 3. Alexander-Brief 47-49)

8-15: *Familiares – fungamini*: Coll. Ans. ded. II, 167.

9-11: *Ipsi – interpellant*: Ivo, Decr. II, 69 (9: *Ipsi*] *Ipsi sacerdotes*); Ivo, Decr. VI, 45 (9: *Ipsi*] *Ipsi sacerdotes*); Gratian C. I, q. 1, c. 91 (9: *Ipsi*] *Ipsi sacerdotes*).

12-15: *Qui – fungamini*: Bonizo III, 40.

12-18: *Qui – arceatur*: Deusdedit III, 31 (s. auch 21-25).

¹ regionibus O93; N442

² persequuntur] persecutionem patiuntur I83

³ oportet fehlt N442

⁴ oportet nos] nos oportet VD38

⁵ nos humiliari oportet korr. aus nos humiliari O93; oportet nos humiliari] humiliemur V630; nos humiliari oportet I83

⁶ am Rande studiosiores VD38

⁷ commendant I83

⁸ aque VD38

⁹ am Rande dissipant VD38

¹⁰ quia I83

¹¹ am Rande citius VD38

¹² quibus korr. aus qui V630

¹³ apostolus Iacobus] iacobus apostolus V630; iacobus I83

15 legatione¹⁴ ¹⁵ fungamini. [H. 13] Si quis autem legationem vestram impedit, non unius sed
 multorum profectum avertit¹⁶. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est et bonorum
 societate carendus¹⁷. Et quia dei causam impedit et statum¹⁸ conturbat ecclesiae, ideoque ab
 eius liminibus¹⁹ arceatur²⁰. Ab omnibus²¹ quoque talis est cavendus et non in communione
 fidelium usque ad satisfactionem²² recipiendus. Est enim statutum²³ ²⁴ olim, ut, qui statum²⁵
 20 conturbat ecclesiae, ab eius liminibus²⁶ arceatur²⁷ ²⁸, nec cum fidelibus communicet, qui
 eorum bona avertit²⁹. Vos ergo, si dilectionem habueritis ad invicem et unanimes³⁰ fueritis,
 facile tales superare poteritis. [H. 14] Si³¹ vero, quod absit, discordes fueritis et canino dente
 vos derodere coeperitis, non solum eos non superabitis³², sed et vobis³³ ipsis nocebitis atque
 ab eis superabimini, et innocenter forte peribitis. Qui autem ex vestro collegio³⁴ fuerit et ab

Quellen:

21f.: *Vos - poteritis*, cf. Vict. 7, Fel. II. pp. 11.

25f.: *Ecce - unum*, Ps. CXXXII. 1.

Rezeption:

15-19: *Si – recipiendus*: Gratian DXCIV, c. 2.

15-21: *Si – avertit*: Ps.-Remedius c. 25.

21-25: *Vos – probabitur*: Deusdedit III,31 (21: *ergo*] *autem*; *probitur*] *probatur*) (s. auch 12-18).

22-24: Burchard I,130 (24: *innocenter*] *nocenter*); Ivo, Decr. V,230 (24: *innocenter*] *nocenter*).

22-28: *Si – ponunt*: Coll. Ans. ded. II,120.

24-28: *Qui – ponunt*: Ps.-Remedius c. 26 (s. auch 43-52); Burchard I,129 (s. auch 43-52); Bonizo III,62 (s. auch 43-50);

Ivo, Decr. V,229 (s. auch 43-52); Gratian C. III, q. 1, c. 5 (s. auch 4-10; 3. Alexander-Brief 47-49).

¹⁴ legationem I83

¹⁵ legatione fungamini korr. aus legatione O93

¹⁶ interlinear destruit VD38

¹⁷ coercendus V630

¹⁸ am Rande ordine VD38

¹⁹ liminibus] liminibus ecclesiae V630

²⁰ am Rande repellatur VD38

²¹ hominibus V630

²² am Rande humiliationem placationem VD38

²³ am Rande aliquando destitutum finitum VD38

²⁴ statutum korr. aus statum V630

²⁵ interlinear ordine VD38

²⁶ interlinear ianuis VD38

²⁷ interlinear repellitur VD38

²⁸ arceatur korr. aus arceantur V630

²⁹ am Rande dissipat repellit VD38

³⁰ am Rande concordēs VD38

³¹ am Rande De episcopis coepiscopos inquietantibus N442, am Rande De amore fraterno I83

³² superabitis korr. aus superabi N442

³³ vobis ipsis] vos ipsi I83

³⁴ am Rande congregatione VD38

25 auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus³⁵ quam sacerdos esse probabitur³⁶. Ecce,
 inquit propheta, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Illi vero non in
 unum habitant, qui a fratrum se³⁷ solacio³⁸ subtrahunt, aut³⁹, quod deterius⁴⁰ est, fratribus
 insidias praeparant aut laqueos⁴¹ ponunt. De his enim et eorum similibus dominus per
 Oseae prophetam loquitur dicens: Propter vos lugebit terra et infirmabitur omnis, qui habitat
 30 in ea, in bestia agri et in volucre⁴² caeli, sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen
 unusquisque non iudicet, et non arguatur vir, populus enim tuus sicut hi, qui contradicunt
 sacerdoti, et corruet⁴³ hodie et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem
 tuam. Conticuit⁴⁴ populus meus eo, quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam repulisti,
 repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et⁴⁵ oblita es legis dei tui, obliviscar filiorum
 35 tuorum et⁴⁶ ego. Secundum multitudinem eorum sic⁴⁷ peccaverunt mihi, gloriam eorum et⁴⁸
 ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent et ad iniquitatem eorum sublevabunt
 animas eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos, et visitabo super eum⁴⁹ vias eius, et
 cogitationes eius reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt et non
 cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Haec⁵⁰ cavete⁵¹, fratres, et
 40 bona semper agere festinate, quia in hoc cognoscent omnes, dicit dominus, quoniam mei
 estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. [H. 15] Bonum est namque procul⁵²

Quellen:

29-39: *Propter - custodiendo*, Os. IV. 3-10.

40f.: *quoniam - invicem*, Ioann. XIII. 35.

41-43: *Bonum - adiuvere* sec. conc. Later. 649. secr.IV. (Mansi 10,1031). Cf. Iul. 4.

Rezeption:

41-52: *Bonum – pereatis*: Coll. Ans. ded. X,33.

³⁵ *am Rande* divide VD38

³⁶ *am Rande* Usque hic VD38

³⁷ se solacio] solatio se V630

³⁸ *am Rande* auxilium VD38

³⁹ ac I83

⁴⁰ *am Rande* peius VD38

⁴¹ *am Rande* deceptiones VD38

⁴² volucres VD38

⁴³ *am Rande* cades VD38

⁴⁴ *am Rande* tacuit VD38

⁴⁵ Et] et quia I83

⁴⁶ et ego *fehlt* I83

⁴⁷ si I83

⁴⁸ ad *korr. aus* et V630; in VD38

⁴⁹ eum *korr. aus* eos VD38

⁵⁰ Haec *fehlt* I83

⁵¹ *am Rande* praevideate VD38

⁵² *am Rande* certe VD38

dubio et omnibus timentibus deum desiderabile, cohibere⁵³ dissensiones et altercationes
fratribusque subvenire, et invicem non invidere, sed adiuvare. Nos ergo, qui discipuli domini
et dici et esse cupimus, portare crucem Christi et compati⁵⁴ fratribus debemus, et non
45 quascumque eis⁵⁵ insidias aut foveas praeparare, quia talionem⁵⁶ meretur, qui fratribus
foveam parat⁵⁷. Nolite errare, fratres, quia deus non irridetur. Huius rei⁵⁸ gratia vobis
dominus commisit⁵⁹ ecclesiam suam, ut pro omnibus laboretis et cunctis oppressis opem⁶⁰
ferre⁶¹ non neglegatis. Unde et dominus per prophetam loquitur dicens: Haec dicit dominus:
Iudicate mane iudicium et eruite⁶² vi⁶³ 64 oppressos⁶⁵ de manu calumniantis, ne forte
50 egrediatur quasi ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit, qui exstinguat. Vos ergo⁶⁶,
qui in summo speculo a domino constituti estis, attendere⁶⁷ eos et opprimere oportet, qui in
fratres seditiones et scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.
Salutate omnes, qui recte laborant in evangelio Christi et iuste gubernant navem eius, ne
cohabitantes⁶⁸ in ea mergantur aut suffocentur. Salutatur vos omnis⁶⁹ apostolica ecclesia in
55 domino. Amen. Data XVII⁷⁰ Kalend. Novembris Traiano et Heliano vv. cc. cons.

Quellen:

43-46: *Nos - parat*, cf. Iul. 7.

46: *Nolite - irridetur*, Gal. VI. 7.

46-48: *Huius - neglegatis*, cf. Eleuth. 6, ep. Athan. ad Lib., Ioh. I. pp. ep. 1.

49f.: *Iudicate - exstinguat*, Ier. XXI. 12.

50f.: *Vos - estis*, Coelest. ep. ad episc. per Vienn. pr. (H. no. 34). Cf. Clem. 56, Zeph. 9, Ant. 8, Fab. 11, Fel. II. pp. 10.

53-55: *Salutate - Amen* sec. Phil. IV. 21. 22.

55: Nota cons. des. ex c. 1. vit. Alex. in libr. pontif.

Rezeption:

43-50: *Nos - exstinguat*: Bonizo III,62 (s. auch 24-28).

43-52: *Nos - pereatis*: Ps.-Remedius c. 26 (s. auch 24-28); Burchard I,129 (s. auch 24-28); Ivo, Decr. V,229 (s. auch 24-28).

45f.: *talionem - parat*: Deusdedit IV,311.

⁵³ *am Rande* prohibere VD38

⁵⁴ *am Rande* fratrum miseras quasi proprias deputare VD38

⁵⁵ *eis korr. aus ei I83*

⁵⁶ *am Rande* vindictam retributionem VD38

⁵⁷ *preparat I83*

⁵⁸ *regi I83*

⁵⁹ *interlinear* creditur VD38

⁶⁰ *am Rande* auxilium VD38

⁶¹ *interlinear* tribuere prestare VD38

⁶² *interlinear* liberate VD38

⁶³ *interlinear* violenti VD38

⁶⁴ *vi korr. aus vo V630; vim I83*

⁶⁵ *am Rande* afflictus VD38

⁶⁶ *ergo korr. aus ego VD38*

⁶⁷ *am Rande* considerare opprimere castigare VD38

⁶⁸ *am Rande* simul VD38

⁶⁹ *omnes VD38*

⁷⁰ XVIII N442; VD38; XVIII I83